

## **Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 31. Pro admissis post baptismum criminibus, præsertim  
gravioribus,, non sufficit dolor parvus & remissus, sed magnus requiritur  
atque intensus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

## Liber Quintus.

*Et afflictionis. Itaque vita nostra ( sit horum 2. in Evang.) ad tempus amararet in penitentia, ne eternam amaritudinem sentias in vindicta. Denique omnis pluribus Sanctorum testimonio ( quae proficerent ubi de satisfactione ) Bernardus tractat de grad. humilit. c. 18. Quem veraciter penitet, laborem penitentia non abhorret.*

371 *Venit fuit ergo sequentes de satisfactione & penitentiarum impositione regulari ( quas latius Atrebatensis Episcopus tradidit in Epistola sua Pastorali 2. ) à trinitate & uno Episcopis plurimum commendate & approbat: 1. Quilibet Confessarius ( laxioribus tantum loquor ) cogitet quo pacto penitentes examinet, quo dolore contentus sit, quem sufficere existimat, quas satisfaktiones impozat. Nisi autem damnam patres, Conclita, Scripturam; seipsum damnet oportet, emendandoque suam dirigendi rationem, si salutis sue consultum velit.*

2. *Credatne eruditus & pius Confessarius, gravia criminis, & peccata que hominem aeterno Dei odio dignum efficiunt, & que antiquitus puniebantur tam severè, bodie expiari satisfactionibus, quae nibil austeri habent? Penitentis, quae nibil habent penitentia, nisi nomina?*

3. *Concipi non potest, quod cum una ad calumnia iustis sit crux; singulatur alia peccatoribus & penitentibus, suavis, jucunda, & laboris expensis. Nisi laboriorum dixerit Confessor exponere peccata, que peccator laudi sibi frequenter duxit inter mundanos, & que nunquam sunt publica?*

4. *Penitentis queritur, nimis acerbam à te sibi penitentiam impositionem? Dic ut memor sit, quamvis reus non esset, ipsius libmetispis duriorum impositionem legem in baptismate. Et quamvis baptismi innocentiam servasset, Evangelium fortassis non permitteret, ipsam suavius vivere, si vivere vellet Christiane.*

372 *Ex his omnibus sequitur, in justificatorum numero non computandis, nec tam penitentem, quā penitentia larvam exhibet, censendo, qui ( ut Cyrillus Alexandrinus ait l. 8. de ador. in spir.) cum assidue peccent, non tamen peccati maculas absoluunt. Neque tales ( inquit ) pretio dato criminis possunt depellere, quod mentis infirmitate ( id est ignoravia & molitie ) judores penitentiam perferrere, & Deum ejusmodi laboribus placare volunt. Vero ergo, vix innumeris peccatoribus, qui laboriosam penitentiam operibus grandia dilecta à se post baptismum commissa elucte volunt. Scriptum est enim: nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Quid est nisi penitentiam egeritis? Act. 26. 20. id satis declarat. Apostolus, cùm dicit: Annuntiabam, ut penitentiam agerent, & converterentur ad Deum, digna penitentia opera facientes. Et Luc. 11. 32. Niniuiti penitentiam egreverunt, ad prædicationem Iose. Et, ut dicunt John. 3. 5. crediderunt Niniviti in Deum, & prædicaverunt Iesum, & vestigiis sunt jaccis a mædere usque ad minorem, &c.*

## C A P U T XXXI.

*Pro admissis post baptismum criminibus, preferunt gravioribus, non sufficit dolor parvus & rem suis, sed magnus requiritur atque inten-*

373 *H*ac de re pulchritudo solidè differit Petrus de Soto, de quo Ennius, Cardinalis Pallavicinus Histor. Conc. Trid. l. 13. c. 8. testatur, quod ample de se laudis materiali eidem Historia suppeditarit. Et l. 20. c. 13. quod summam obtinebat exhortationem severa probatissimè solidèque scientia. Et certum proponit annis ante Pallavicinum Otto Cardinalis, & Episcopus Argentoratus, in epistola praefixa tractatu ipsius de institutione Sacrae

tum, dicit quodd isto in opere *Vir ille & verbo & opere ad docendum ea que sunt pietatis potest, multa ad doctrinam sanctorum & Catholicam, multa ad officium pastorum Ecclesie, & reformatam eorum ratione que Cleri vitam & mores pertinentia, tanto pietatis studio, & tanto dicendi ordine compotuit, ut digna nobis videatur hic Liber, qui ad promovenda pietatis studia in publicum edat, omnibusque animarum curam, vel jam administrastionem, vel in futurum administraturi communicetur. Damus igitur vobis doctissimi Iuris & pientissimi, & nunquam sati laudati busus Viri de Institutio. Sacrae librum, omnibus qui curam animarum suscipiant non solam utillem, sed & necessarium, &c.*

Et revera tanta cum pietate soliditateque scriptus est liber ille, ut dolendum sit quod tam parum hodie teratur, solumque à plerisque legamus novelli Cauitatis prærientes auribus, quibus studium fuisse videtur, calvi viam dilatare, quam summa Veritas, Deus, cuius verba in eternum permaneant, actum esse definit.

Laudatissimus igitur Petrus de Soto Inst. Sacrorum. l. 15. tres refert sententias, duas extreamas, & reliquam medium. Nam altera est requiringent dolorem sumnum, id est summo conatu, & totis viribus productum.... Altera extrema sententia est, nullum certum gradum intensius in dolore voluntati requiri, nec absolute, nec respectuive, sive in ordine ad aliorum dolores: ita ceterum, ut sive intensius de peccatis doleat, quam de aliis malis, sive minus intensè, id sufficiat, quam ruris exiguis sit ille dolor, minimus ( inquit ) aliorum effectuum voluntatis, ut ipsos docere sit leet. 14. Ita ( ait ) nonnulli ( Scotum, ut dicunt, sequentes ) qui putant se multum conjuvere in firmis conscientiis. Et probant l. 9. quia nusquam in Scriptura ad certum gradum doloris, vel dilectionis adstringimus.... Deinde quis ad recedendum à Deo, & peccandum, nullus conatus requiritur. Ergo neque ad convertendum nos in Deum. Deinde Deus necessarij diligenter non est super omnia intensivè, sed tantum appretiativè, ita ut voluntas in Deum, velut in summum bonum, ut sic apprehensum per intellectum, quantumvis tepide & remissè, satisfaciat. Ego similiter de contritione.

Tertia media Antiquorum de voluntatis doloris, est quod eti non requiratur summus, hoc est totis viribus & conatu productus & elicitus, nec certi aut determinati aliquius gradus, tamen requiritur ut major sit omni alio dolore, qui est in vero penitente, ita ut plus de peccato doleat, quam de aliquo alio malo, quod ei evenire posset. Bona ventura inquit requiri, ut dominetur catoris doloribus. Et B. Thomas, ut excedat alios dolores.

Prior igitur illa sententia, si tamen alicuius est requiri scilicet totum conatum & omnes vires, manifestè nimis est, & impossibile quicquam impunem homini, saltem pro hujus vita infirmitate. Id probatur, quia in hac vita omnes vires nostras extendere in diligendum Deum impossibile est, ut sine peccato esse non possumus, & sine inordinata aliqua concupiscentia. Quare proficere & renovari de die in diem jubemur.

Si dicas necessarium quidem non esse sumnum; conatum, qui in hac vita haberi potest. Nam hunc certum est non posse tantum esse, quin possit ab hoc major inveniri. Nam in eo semper proficiendum est: sed de summo qui in hac vita habet ab his qui omnibus renuntiant non necessarij affectibus, & rebus, ut ani dilectionis & penitentiae vacent. Notum est nec id necessarium esse. Nec exinde ab omni penitente requiratur, ut omnibus ita renuntiet.... Designe nec illa ratio intelligi potest illa sententia esse vera. Id quod is

tis probat diversitas graduum charitatis & poenitentia. Est enim charitas incipiens, est proficiens, est perfecta. Et certum est charitatem perfectam non esse necessariam in poenitentia, & multò minus summum gradum charitatis perfectae. Est enim in diuersis gradibus magna latitudo, ita ut (B. Gregorio teste) Benedictus in operis ab altiori gradu, quam ad quem multi proficiuntur & perfecti perdurant.

<sup>379</sup> Ceterum quod secunda sententia illa tenet sufficie videlicet penitentiam minus intensam, & ex minori conatu, quam sit dolor aliarum rerum, & simili illa difficultate, quam de charitate & penitentia docet (quod scilicet Deum amare debeamus super omnia appetitivè, & dolere de peccato super omnia alia mala appetitivè, sed non intensivè, quoad partem rationalem, sive superiorum animarum) neque consonat Scriptura & Patribus, neque ratione ipsi convenit, neque utilis est animalibus; immo magis periculosa. Quae omnia sunt nunc breviter probanda.

## §. I.

Probatio assertio*nis ex Scriptura.*

<sup>380</sup> Rimum igitur, quod utique sententia illa non consonat Scriptura, probat Sotus ex iis Scriptis locis, quibus aperit jubemus Deum super omnia diligere. Matth. 10. Qui amat patrem & matrem plusquam me, non efi me dignus. Luc. 14. Qui non vult patrem suum & matrem, &c. non potest meus esse discipulus. Si jubemus odificare patrem & matrem propter Deum (cum scilicet impediunt nostrum in Deum amorem) profecto jubemus Deum diligere plusquam patrem & matrem. Unde Augustinus l. 1. de dicit. Christus docet, ordinarem amorem postulare, ut Deum plus exteris diligamus, ita ut nihil amplius, vel aquæ diligamus. Itaque cum Scriptura facit huius vel æquivalentibus verbis utatur, plus diligendas est Deus, &c. quare id non ita intelligendum (ait Sotus) sicut in aliis rebus, cum dicimus hoc plus alios diligere, aliquem plus unam rem quam aliam diligere, &c.? Quibus verbis nihil aliud significamus, quam amorem intensivè perfectionem.

<sup>381</sup> Sicut autem Scriptura jubet, Deum plusquam creaturam quamcumque diligere, ac per consequens exigat conatum magnum ad amandum Deum, sic in poenitentia Prophetarum verba postulant conatum magnum. Quid enim nisi magnum, amarumque pro peccatis magni dolorum requirit Scriptura, dum requirit dolorem quasi parturientis, rugitum quasi ursi, luctum unigeniti, contritionem amarum, planctum & luctum penitentem eorū, &c. Dole (inquit Michæas c. 4.) & fatigatio filia Sion quasi parturientis. Isaías c. 59. Rugientes quasi urbi omnes, & quasi columnæ mediante generum. Hieremias c. 6. Accingere ciliatio.... In luctum unigeniti sue tibi, planctum amarum. Iocel c. 1. Plange quasi virgo super virum paupertatis sue. Et c. 2. Conversionem ad me in toto corde vestro... in fletu, in plancta. Et scindere corda vestra.

<sup>382</sup> Dicinde si eos, qui nobis in exemplum poenitentiae in Scriptura positi sunt, consideremus (pergit Sotus) quid alia in inveniunt, quam intensissimos & acerbitissimos dolores? In David innovera sunt verba: rugiebam à genitu cordis mei. Laxabam per singulas noctes lectum meum. Nimis ictus clamant ad Dominum in fortitudine. Ezechias reputat omnes annos suis in amaritudine anime sue. Denique & verba & opera innumeram sunt in Scriptura. Quamodo ergo his convenient dicere, nullus conatus, nullis viribus opus esset? Quod igitur dicunt, non repetiri in Scriptura praecepsum de intentione antiqua,

Iuxta III.

vel conatus, certè non putamus dici posse sine errore. Enimvero preter sacra testimonia n. 381. relata, quemadmodum Scriptura præcipit ut Deum diligamus ex toto corde; ita jubes ut ad Deum convertamur ex toto corde, & ut scindamus corda nostra. Quo loquendi modo non solum exprimitur præcipiturque testimonio seu appretatio, sed & vehementia doloris, ut Maldonatus obseruat de penit. c. 1. & nos alii probavimus. Et qui illos Sanctorum clavores mox enarratos intelligere (ait Tridentinus fess. 14. c. 4.) facile intelligere ex vehementi quadam ante die vita odio, & ingenti peccatorum detestatione proceſſisse. Cumque idem Concilium, veteresque Patres, ex allatis sacris textibus, & Sanctorum exemplis, probent descriptas ibi poenitentia necessitatem in omni statu, ex illud recte concluditur, quanta esse debet poenitentia, etiam novi Testamenti, etiam cum Sacramento Poenitentiae. Maximè cum ex illud facris textibus magnorum eritimum poenitentiam, in novo etiam Testamento, esse debere magnam & vehementem sancti Patres conculerint, illoque sensu textus illios concordem sensu intellexerint, ut videbitur & seq. Idc etiam Apollonus 1. Cor. 5. Corinthium in celuo acerimè castigaverit, ut acerimè doleret. Nec prius ipsum reconciliaverit, quam abundantiore tristitia demonstravit, prout colligitur ex 2. Cor. 7.

## §. II.

## Eiusdem probatio ex Traditione Sanctorum.

<sup>383</sup> Concordi quippe calculo SS. Patres (quos den- to agmine refert Morinus l. 1. c. 12. 13. & 14.) ingentem de peccatis ingentibus dolorem semper requirerunt, prout ostendit ex Herma (Apollo- torum discipulo) Juliano, Tertulliano, Cypriano, Clero Romano, Ambrofio, Chrysostomo, Paciano, Augustino, Caſario, Eligio, Gregorio, Hieronymo, Vigilio, Eucherio, Iudoro, Bernardo, &c. Non omnium hic, ne prolixiorum, sed aliquorum dumtaxa exhibebat testimonium. Et Cypriani quidem supra n. 381. habet testimonium, ibi namque acutem plantum requirit. *Quanta pugna,* <sup>384</sup> & qualis necessaria est poenitentia? querit Ambrofius scribens ad Virg. lapt. Et respondet: *qua auctoritate criminis, aut excedat.* Unde probat? *Dicit enim Deus... conversionis ad me in toto corde vestro... majora enim criminis majoribus absuntur sceleribus.* Ecce ex necessitate conversionis ad Deum ex toto corde, probat poenitentia magnitudinem debere esse secundum magnitudinem peccati, ut n. 382. deduximus.

S. Balifus homil. super illud, attende tibi: sic <sup>385</sup> habet: *Magnum est. & grande peccatum, quod committunt: multa opus habet confessione, lacrimis amarulentis, peracti contentionis vigilarum, individuali & continuato jejunio.*

Augustinus serm. 34. de divers. c. 12. *Gravia* <sup>387</sup> & mortificans per vehementissimam molestiam humiliacionis cordis, & contritionis spiritus, & tribulationis poenitentia non relaxantur. Et item. 58. de temp. Si in aliqua criminis, vel capitalia peccata aliquis fuerit diabolica calliditate prostratus... cum irgeat rugitus & gemitu Deum sibi reconciliare contendat.

Gregorius in cap. 8. lib. 3. Reg. Difficilis often- <sup>388</sup> ditur reconciliatio criminorum.... ego commo-

Kk 2

veri ad lacrymas cum magna fortitudine debemus.  
**389** Cæsarius Arelat. homil. 1. explicata peccatorum capitalium & levium distinctione, de priorum remissione sic fatur: *Homo ipse se decipit, si cùm in medallis suis sibi fervore sentiat morbum, per superficiem corporis molle deducat angustum. Hec itaque principalia mala ingenti rugitu, & gemitu, & fonte indigent lacrymarum, atque per lacrymas clamandum est cum Propheta: rugiebam à gemitu cordis mei. Oportet itaque sicut super mortuum conlamentum, ita super extinctam animam dari plancere: & quomodo soles mater orbata super amissione unici filii sui fracto pectori lamentari; ita convenit super unicam suam, sed sub ipsa reparatio-  
nis affligi... neceps est super hanc unicam, criminum mucronem confusam, totam pondus doloris effundi-  
di. Et homil. 29. Non potemus tam facile remitti posse admissa semel criminis, multum opus effletus, multus gemitus... tota incumbendam est spiritui compunctione... non sufficit annuis labris dicere, pec-  
cavi, parce & renite... Es Satil dicebat, pec-  
cavi; sed non obtinuit illam veniam, quam Da-  
vid una penitentia voce promeruit. Et hoc quare? Quianon compensabatur cum magnitudine criminis levis humiliatio supplicantis. Non levi agendum est contritione, ut debita illa solvantur, quibus mors eterna debetur.*

**390** Vigilius Papa in epist. ad dictum Cæsarium to. 1. Concil. Gall. Tale commissum non parvâ cordis afflictione vales expiari.

**391** Eucherius Lugdun. homil. 7. ad Monachos: Non potemus tam facile remitti posse inusta semel criminis, & profundo vulneri in anima ipsius impresa visceribus. Multo opus est fleri, multo gemi-  
zu, multo dolore cordis ad sanandos ipsius cordis do-  
lores.

**392** Isidorus 1. 2. de div. Offic. c. 16. Quantò in pec-  
cando fuit ad malum promptior mentis intentio, tantò  
devotor debet esse in penitendo. Quod & dicit Au-  
thor sermo in Fratres in Eremo scr. 11. &  
Rabanus Maurus 1. 2. de Init. Cler. c. 29.

**393** Bernardus, vel quisquis est Author libri de modo benè vivendi c. 27. Quanta fuit tibi intentio  
ad peccandum, tanta sit ad penitendum devotio...  
Grandia peccata, grandia lamenta desiderant.

**394** Petrus Blefensis 1. de Confess. Sacram. Non si-  
no dolore cordis acerbissimo, & anxiam cordis affi-  
ctione sanantur, que longo usq[ue] inolita, & intimis  
animarum medullis infixa sunt; nec horaria & levi  
contritione redimi possint, quibus mors eterna de-  
betur. Et epist. 61. Non tam facile sine fletu, &  
gemitu cordis, acerboque dolore sanantur, que pra-  
valuuntur in præcordiorum medullis. Nec leviter  
culpa remittitur, nisi cum quantitate peccati ba-  
mitias penitentia compensetur. Et rursus in citato  
libro de Confess. Sic igitur dolor penitentia cor-  
unterat, ut in spiritu vehementer conterat naves  
Tarsi.

**395** Manifestum est igitur (concludit Morinus I. 1.  
c. 13.) ingentem dolorem, propter Dei offenditam  
conceptum, gravemque peccati delictationem, &  
seruentem Dei dilectionem, cum ardeat, perspicua  
(juxta Ecclesiæ mandatum) puniendo desiderio  
conjunctum, esse interiorem animi preparationem  
reconciliationi criminum capitalium necessariam,  
ex Patrum omnium sententia. A quibus tamen,  
ut ait in principio cap. seq. peccatorum ratio sem-  
per habita fuit. Sciat enim quo graviora fuerunt  
crimina, et severiores penas, ut par erat, illi impo-  
nuerint: ita quoque aciorem & vehementiorem  
animi, ad Deum conversionem à penitentibus ex-  
populerint. Ita ille, addens, istam propositionem  
communi naturæ lumine perspicuam videri posse,  
animisque hominum iustitiam, & velut divinitus  
designatam. Huc Poeti Theatrisque omnibus de-  
coratissimus Oedipus, patris interfector, matri-

que incepsit, tanta crima, (licet ignoranter  
commisa) consuit iustâ animi penitentia expiari  
non posse, quamquam oculos sibi eruisset, patriam  
que & regnum exal deseruisset.

## §. III.

Tertia probatio ex communī Ecclesiæ scripta, com-  
munique doctrina veterum Scholasticorum, seu  
illustriorum Theologorum.

**T**Ametsi rem ita se habere, ut §. precedenti di-  
396 locum est, manifestissimum censet Morinus  
loco citato, idque demonstret (inquit) perinde  
sit ac clarissimo soli mortale lumen inferre; propter  
eos tamen, qui tempestatem novitatem  
novissimam fuscant, vel fulcitatem fovent, di-  
centes contritionem, vel atritionem, quālibet  
remissam, ad peccatorum, quālibet gravium,  
remissionem sufficiere, luce id confirmare 10.  
ex communī sensu Ecclesiæ. Quid est enim quidam  
tam varia, tamque ardua penitentia opera exigit  
a magnis peccatoribus, antequam eos absolveret?  
Quia credit, & hoc erat potissimum penitentialis disciplina fundamentum (ait rufus Morinus I. 1. citato c. 17. n. 4.) operum canonice pro  
peccatis injundorum sedula præstatione, interram  
cordis compunctionem augeri, & accendi, iram  
Dei mitigari, Deum penitentibus placari, penas  
eternas peccatis debitam... extingui.... Non u-  
gabat peccatoris compunctionem tam ardorem &  
inflammam esse posse, ut uno momento perficitur  
a Deo peccatorum remissionem obtineret; sed hoc &  
varum est, & sibi quando continget, recognitum  
esse profitetur. Ideo ut penitentium conversionem  
exploraret, an satis inflammata esset, atque ut ille  
inflammationem penitentem a Deo proueren-  
tur, opera varia injungebat, quibus diligenter per-  
actis, eos... reconciliabit, & communionem donabat.  
Quorundam vero ita, si nulla opus erat inflam-  
matione ad sacramentalē reconciliationem, sed  
contrito vel atritio, quālibet remissa, ad eam  
satis erat? Si sic Ecclesia credidisset, pro impe-  
tranda inflammata contritione, tam varia, tamque  
multa & ardua penitentia opera non exigebat:  
neque enim tot, tam variis, tamque arduis  
opus erat ad promerendam remissionem contritionem,  
nec consequenter ad obtinendam cum sa-  
cramento remissionem.

2°. id confirmo, quia pro magnis peccatis 397  
magnum contritione vel atritione, & tam  
majorem, quamdiu fuisse peccata com-  
missa, illustrios Scholastici cum SS. Patribus  
necessariam censerunt. Alexander de Ales, SS.  
Thoma & Bonaventura Magister 4. p. Sum. q.  
17. m. 2. a. 1. docet, dolorem qui est in dispic-  
tia voluntatis, debere esse maximum. Debet enim  
maxime & summe displicere, quod sacerdos Deum,  
& illum suo peccato amiserit. Et q. 68. m. 1. a.  
3. requirit intentionem in dolore, ut sit contrito.  
Si enim (inquit) alius displiceret, quod Deum  
offendit per peccatum, & illa dispunctionis in ten-  
tione non excedat displicantem amissoris unius  
oboli, nulli est dubium, quin illa dispunctionis insufficiens  
ejet, ad hoc quid ejet dolor contritionis.  
Cumque sibi obiecisset definitionem contritionis,  
in qua nulla determinatur intensio doloris: Imo  
(inquit) ipsa definitio insinuat, dolorem debere ali-  
quo modo intendi.... per hoc quid in ea ponitur  
cum propulo confitendi & satisfaciendi. Cum enim  
confitio & satisfactio de peccatis gravibus gravem  
penam impovert, pater quid non cuiusque parvo  
dolori pro peccato convenit illa definitio. Quia par-  
vus dolor non exerceret ex se firmum propulsum  
confitendi & satisfaciendi. Gulielmus Parvilenus  
supra n. 99. dicit, longe maiorem partem pen-

tentium longè esse à congruo dolore pœnitidini, & propter hoc à remissione peccatorum, atque à virtute & effectu Sacramenti poenitentialis.  
 398 S. Thomas Supplm. q. 3. a. 1. In contritione est duplex dolor. Unus est in ipsa voluntate, qui est effientialiter ipsa contrito, qui nibil aliud est quam diplicentia peccati preteriti. Et talis dolor in contritione excedit omnes alios dolores. Quia... peccatum super omnia displacebit debet. Et ad 4. Quantitas diplicentia aliquo re debet esse secundum quantitatem malitia ipsius. Unde quia major est malitia peccati, in quantum est offensiva Dei, quam in quantum est nociva peccanti, peccator plus debet odire culpam, in quantum est offensa Dei, quam in quantum est nociva fisi. Et a. 3. Quantum ad dolorem superioris affectus, requiritur quod de maiori peccato doleat magis. Quia ratio doloris est major in uno, quam in alio, scilicet in persona Dei. Et q. 5. a. 3. Dolor rationis, qui est in contritione, postea esse adeo parvus, quod non sufficiat ad rationem contritionis, ut si minus ei displaceat, quam debet ipsi displaceare separatio à fine. Et qq. disput. de verit. q. 14. a. 5. Non qualiscumque motus voluntatis est sufficiens ad remissionem peccati; sed oportet est aliquem modum, qui quidem bonum nos est non potest.

399 S. Bonaventura in 4. dilt. 14. q. 2. n. 17. Si queratur, utrum dolorem contritionis necesse sit esse maximum? Si dicatur de dolore sensualitatis, manifestetur ei quod non. Si de diplacentia rationis, aut quantum ad intentionem motus absolute; & sic nec hoc modo oportet esse maximum. Si quantum ad intensitudinem motus in comparatione ad alios dolores, dico sicut de amore, quod oportet quod habeat predominium. Et iterum: Dolor quantumcumque parvus, sufficit, si sit gratia informat. Sed eum nunquam gratia informat, quin vindicet sibi in corde dominum super alios dolores quodactum rei motum voluntatis rationalis, non sensualitatis.

400 Richardus de Media Villa in 4. d. 17. a. 1. q. 5. Cum consilio dicat actum paenitentie charitate habituali formatum... quantumcumque parva contrito sufficit pro quantumcumque magno peccato. Non sic autem dicendum est de attritione: cum enim recognoscant peccata in speciali, necessaria est major attritus de majori peccato, quam de minori. Et ad 2. Quantumcumque parva contrito concludit magnitudinem diplacentie proportionatam magnitudini peccati. Non sic autem quantumcumque parva attritus, cuius magnitudo, si non proportionatur, eo modo quo possibile est, magnitudini ad baptismis, qua fuit in peccando, non sit contrito de lege communis.

401 Scotus in 3. d. 27. n. 16. docet, quod licet non tencamus diligere Deum super omnia, hoc tensu quod amor Dei sit ferventer seu tenuior omni alio amore; nihilominus tenemur diligere Deum intensius super omnia, sive ex majori affectu: Dico (inquit) quod illud SUPER OMNIA, debet intelligi utroque modo (scilicet extensivo & intentivo) sicut enim teneo diligere Deum super omnia alia extensivè; ita etiam majors affectu, quam aliquid aliud. Ex quo consecularium est, peccatum (quod super omnia displacebit debet, sicut Deus super omnia debet placere, seu diligi; cum sit summum malum, sicut Deus summum bonum) ex mente. Scoti displacebit debere super omnia, tam intensivè (non absolute, sed comparativè) quam extensivè. Unde Faber Faventinus de poenit. disp. 16. c. 2. Hiqueus in 4. dist. 14. q. 2. teneat de mente Scoti requiri contritionem intentiam, non sufficere remissiam.

402 Guilielmus de Monte Rochero Enchirid. Sa-  
cerd. p. 2. de Sacri. Poenit. tr. 2. c. 2. Debet pec-  
catum summe displaceare voluntati, & magis quam

quodlibet aliud malum: sicut Deus, cui peccatum contrariatur, debet summe & super omnia à voluntate atligi. Debet ergo vere contritus sic esse affectus... quod nibil sibi magis aut aquè dolet, atque offendit Deum.

Godefridus Rofemondus in suo Confession. 403

c. 11. imprimis a. 2. sic habet: Attritus est quandoam diplacentia & dolor de peccatis, etiam propter Dei offendam, non tamē sufficiens ad delendam peccata, & ad constitutandam peccatorem in statu gratia, & differt a contritione 1°. ex parte liberi arbitrii, quod non cum sufficiens conatus dolet de offensa divina... sed imperfectè & remisè dolet, 2°. ex parte Dei, quia dolor gratia informatus dicunt semper contrito... Quodque difficultissima est scire, an dolor de peccatis sit attritus vel contrito. Deinde a. 3. ex dictis colligit, esse valde difficile, praecipue habituatu in visio, agere veram poenitentiam, & habere dolorem sufficiensem, qui sit contrito. Unde licet minimus gradus contritionis sufficiens sit ad delendam quemcumque mortalia, quia numquam contrito est sine charitate, sed gratia informant, ut antè: non tamē sufficiens minimus gradus, neque etiam mediocris diplacentia; sed debet esse cordialis, diplacentia, vehementes affectatio, & dolor ex intimis cordis proveniens, ut sit contrito. Unde potest motus talis doloris & diplacentie esse tam exiguis, quod de congruo non mereatur formari charitate, & ita deficit a contritione, sine qua nullum peccatum remittitur (nota bene.) Et idem temerarium valde, periculatum, & reprehensibile est, ut dicit Adrianus VI, in quodlib. 5. peccatoribus omnibus veniam & securitatem de peccatorum remissione facile polliceri. Unde nonnulli Predicatorum & Confessores in suis sermonibus, constituti, & Confessionem auditione nimis laxi sunt & faciles, via gravia non satis increpantes, neque sufficienter ostendentes peccatoribus difficultatem contritionis & vera penitentiae (ecce quomodo Rofemondus & Adrianus consonantes Petro Soto supra relato, pariter redargunt juniores Theologos, himis laxam de Christiana poenitentia ideam efformantes.) Multi etiam temerarie confidunt in illo verbo: quacunque horum genere peccator, & versus fuerit, vita vruct. Audiant & ipsi Augustinum de penit. d. 7. cap. nullus: Credo (inquit ille) qui dicit: quacunque hora, &c. etiam dicit, conversus fuerit; non versus Verbum putum illum, qui dolet de criminis. Conversum vero, qui totu & omnino vertitur, qui iam penitentia non timeret, sed ad bonum Dominum, id est Deum, se fletimt tendere.... Consonat verbum Iesu: de summo bono c. 13. Sunt qui penitentibus securitatem citio pollicentur, quibus benè per Prophetam dicitur Hierem. 6. Curabant contritionem filii populi mei cum ignorantia dicentes, pax, & non est pax. Cum ignorantia curat contritionem, qui peccanti, & non legitimi penitenti promittit securitatem. Denique a. 3. de quinque conditionibus verae penitentie, pro tertia conditione requirit dolorem vehementem. Articulo 4. vero requirerat contritionem calidam & amaram: postquam enim dixat aquas contritionis quatuor habere debere conditiones, ut mediante ea peccatorum fortes abstergantur: Debet enim (inquit) lachrymarum illarum aqua esse munda.... 2°. calida... 3°. amara... 4°. viva. Quia vero plures, vel in omnibus his quatuor conditionibus, vel in aliquo earum deficiunt, idem horrenda Babylonis flumina maxima hominum etiam Christi fedelium multitudine ingrefjura est.

Bromardus, in Summa Prædicantium, verbo 404  
contrito a. 3. de contritione sacramentali sic ait:  
Ad hoc ut contrito sit peccatori utilis ad salutem,  
tres requiruntur conditiones. Videlicet quod sit ve-

Kk 3

rat: 2°. quid sit integra, seu universalis: 3°. quid sit stabilis, sine proposito recidivandi. Secundum deinde conditionem explicans, 2°. (inquit) debet esse generalis ex toto corde, exemplo illius, qui propriâ negligentiâ amittit rem magni pretii, cum dolore cogitat omnia commoda rei amissas. Et pro omni ejus bonitate aggravat in cogitatione sua novum dolorem, considerando quod illud quod amavit peccando, sit infinita bonitas, & in infinitum, si posset, dolore deberet, & hoc est ex toto corde.

405 Franciscus Richardotus, Episcopus Aretribensis, Infruct. cap. 4. de Sacram. Poenit. in vera contritione requirit diligenter grandem ac vehementem offensam Dei.

406 Ludovicus Granatenus conc. 2. de penit. Iohannes de contritione in omni statu necessaria: Contritionem (inquit) SS. Patres peccati detestationem atque odium esse desiderant supra omne quod odio haberi potest, idque propter Deum super omnia dilectum.... Ex hoc autem aperi liquet, quantus esse debet dolor, qui ex hoc ipsa detestatione consequitur. Si enim Deum super omnia, tamquam summum bonum, diligere tenemur; consequens est, ut quod cum summo amore diligimus, cum possidimus, summo dolore lugeamus, cum amissimus. Sicut enim pari bonis odio mortem oderunt, qui vitam diligunt; ita cum Deus & peccatum sibi malum adverterunt.... efficiunt plane, ut quanto quis amore Deum diligit, tanto peccatum odio detestari, tantoque de eo commissio dolore affici debet. Propter hanc bonorum omnium summum atque maximum est; ita peccatum, quod illi adveratur, malorum omnium maximum est, atque ut ne ipsi quidem ignis eterni pena eum peccati malitia comparanda sit. Sicut ergo generaliter omnes summo odio detestantur; ita etiam, & multo abeas majoris odio peccatum borrhore debent. Hoc igitur peccati odio, hic peccatorum detestatione opus est, &c.

407 Martinus Navarrus in Manuali c. 1. n. 1. Aniquoram & Recentiorum fecuti sententiam, definitum, quod contritus est penitentia voluntaria cum dolore maximo, actuali, vel virtuali, peccatis proprii jam commissi, quatenus est offendit Dei, &c.

408 Joannes Maldonatus Soc. Iesu, de pecc. c. 1. Quemadmodum Scriptura praecepit, ut Deum diligamus ex toto corde; ita iubet ut ad Deum convertemur ex toto corde. Hoc est autem contritus, toto corde dolore. Item ut secundamus corda nostra, ubi etiam exprimitur, non tantum estimatio, sed velementia doloris.

409 Joannes le Jeune, Presbyter Oratorii (quem mirè laudat Gazanaveus, Doctor Tholofanus, in approbatione operis ipsius de penit. nosferetur Martottus itidem Tholofanus Doctor, & passim alii corporali lumine idem orbatus dicunt, ut Catechist & divino copiosius infundetur) in suo Catechistri Missionario de poenit. & mortis ipsius sermoni. Felix anima (inquit) cui dicit post: "Magna est sicut mare contritus tua. Talem est operies contritionem vestram, etiam imperficiam, seu attritionem. Alii infructuosa erit. Pro nibus reputatis peccatum mortale contrittere. Nihil vobis faciliter videtur, quam illius veniam obtinere. Dicitis ad hoc necessarium non esse nisi unum peccavi, nisi lachrymata parsitentia. Verum est non requiri, nisi unum peccavi. Sed non attenditis quale esse debet istud peccavi; necessarium est esse unum bonum peccavi. Tale verum non est, sed insitile & infructuosum, nisi magis conirritat fitis de peccato commisso, quam de quocumque alio malo, quod acciderit vobis. Quemadmodum enim mare magnum est omibus fontibus a fluminibus totius mundi; sic vere attritionis tristitia appetitiva major esse debet quamunque aliqua tristitia. Quod postquam probavit ex Scriptura supra allata, invenimus unigeniti fac tibi, plantum

amarum, atque ex Doctoribus Cajetano, Pontio, Martinono. Probat etiam hanc ratione: Malum est objectum odii ac tristitia; sicut bonum est objectum amoris. Ergo sicut quanto maius est bonum, tanto majori amore estimationeque dignum; sic quanto maius est malum, tanto majori dignum est odio, & tristitia. Atque peccatum malorum omnium maximum est. Nisi ergo de eo magis tristitia quam de quocumque alio malo, tristitia vestra inordinata est, imperfecta est, vita sua est.

Patendit nihilominus. nec Scripturam, nec Patres, nee Doctores supra relatos, velle quod contrito, seu perfecta, seu imperfecta, esse debet absolute tumma, quæ est potest in rerum natura. Tum ob ea quæ ex Soto dicta sunt n. 377. Tum quia alias vel esse debet intensivæ infinitæ (si talis in natura dabis sit) vel intensivæ tanta, quantum habuerint actus Christi, qui ab eo comparatione majoris intentionis fuerint, quam sint, fuerint, & fueri sint actus ceterorum Sanctorum. Quos certum est debitam habuisse de peccatis contritionem, tametsi incomparabiliter minoris intentionis, quam quæ fuit in actionibus Christi.

Quid igitur ex aliatis Scripturæ, Sanctorum & Doctorum sententias conficitur? Dao vel tria ut minimū conficiuntur: 1°. dolorem quamcumque intensivæ parvum, seu remissum, haud sufficere ad remissionem (etiam sacramentalem) peccatorum quantumcumque enormum, prout nonnulli autem; sed verisimiliter esse quod sit Atenis 1. 4. q. 17 m. 2 §. 3. quod utique potest esse dolor nimis parvus, nec sufficiens, ut gratia contritionis informetur. Sineinde autem diligenter, quod Deum offendisset per peccatum, & illa diligenter in intentione non excederet diligenter amissio nis unius oboli, nulli est dubium, quin illa diligenter insufficiente esset, ad hoc quod esset dolor contritionis, id est dolor gratia informatus. Contritionis enim sensu Atenis aliorumque Veterum nihil aliud erat quam dolor gratia informatus; in eoque situ esse dicebant oculum ipsius ad attritione; qui secundum ipsos intendi debet, ut fieret contritus, id est dolor gratia informatus, secundum id quod Atenis paulo post subiungit in responsione ad objectionem: ipsa definitio infiniti dolorem debere aliquo modo intendi, ad hoc quid sit dolor contritionis. Nam, ut in sequenti responsione dicit, dolor contritionis certare habet mensuram. Quæ autem illa sit, ille novit, quem nihil latet. Similiter dicit S. Thomas suprà n. 398. Eminusvero perficuum videatur, dolorem intensivæ minimum, debilem, languidum & remissum, non esse quasi rugitum urbi, non esse quasi lacum unigeniti, non esse dolorem quasi partientis, non esse placentum amarum, &c. non esse integrum rugitum, non esse grandem stetum, non esse magnam cordis afflictionem, qualem Scriptura & Patres exigunt; sed esse parvam cordis afflictionem, quæ grande commissum (telle Vigilio Papa) non valeat expiri.

2°. contritionem perfectam, quæ homo iustificetur ante actuali sacramenti susceptionem, admodum vehementem, acrem, & incertam esse operari, ut doloris acerbitas cum scelerum magnitudine aquari conferratur pessima. Sic enim Patres exprimitur in locis supra relatis. Sic etiam Scripturam & Patres Catechismus Romanus intelligit p. 2. §. 46. ubi observat, quod quia ad eum gradum pauci pervenirent, id est Penitentia sacramentum benignissimum Dominus instituit, per quod peccatorum remissio faciliori ratione, iucundum non additum vehementer posset obtinari.

3°. aliquam contritionis vehementiam in ipsa etiam contritione imperfecta, saltem post grandia requiri crimina, quæ licet non adsequuntur scelerum magnitudinem, tanta nihilominus sit, ut fortio-

fortior sit omni affectu ad mortale peccatum, in tantumque prædominetur ac prævaleat omni alteri affectui hominis, ut homo toto corde paratus sit omnia alia mala incurrere, omniaque bona creatura admittere, quām mortale peccatum admittere, iusta dicta n. 346. &c.

<sup>414</sup> Hoc autem quando in se contingat, magnus peccator cognoscere non potest nisi operis attestatione, inquit Soto lect. 17. diligenter investiget an opera verè penitentis & conversi faciat. Quia quia sicut ex verbis & exemplis Scriptura, & Paramum colligendum est. Certe summa illorum est vera & seria mutatio vita, &c.

Sine operis attestatione, ut dixerat lect. 16. amoris & doloris cordis nostri quantitas non subiacer cognitioni nostra. Est enim con nostrum abyssus, &c. Experiatur quilibet apud se, quiesqua minus amare putabat, oblatâ occasione deprendit se multò magis ansa. Quid si in re aliqua dubium sit potest, maximi erit in dilectione Dei, ut pote res tam longè à nobis distantes, & tam sublimis, ut merito Gregorius dicat, de dilectione Conditoris non facile mentem debere fibi credere, sine operis attestatione... Auferatur perniciose quedam facilis, & (cum venia dicere licet) levis. Dicat (inquit) voluntas: amo Deum pro omnibus bonis, & odio peccatum pro omnibus malis. Et factum erit utrumque... Sed considerandum aliud. Si amare, aliud dicere amo. Ita possum actum significans, quam exerceat, amo, aut volo. Hoc dicere non est amare; sed veracriter offici, uniri, &c. Itaque incipientibus Deum diligere, aut sicutem, non dicamus: dic amo; dic doleo, &c. Sed admoneamus ut vere amem, ut vere doleam, & amorem atque dolorem suum cupiant Deo, & Confessario probari, nec de his facili sibi credant.

## §. IV.

Eadem assertio multiplici ratione robatur.

<sup>415</sup> Scripturæ, & Traditioni, ratio multiplex in favorem nostræ assertiois accedit. Primam rationem Petrus Soto petit ex natura amoris & doloris. Si enim (inquit) consideremus natum amoris aquæ doloris, qua accidentia quadam sunt, & actus animæ, invenimus aperte, non alia ratione unum plus alio diligere, aut de uno plusquam de altero doleri, nisi secundum intensiorem ipsius affectus, vel saltem non sine ea. Nam forma accidentalis, qua intenduntur & remittuntur, non alia ratione perfectiores vel maiores dicuntur, alia aliis, nisi quia fortiores; id eoque contraria vincunt & expellere possunt melius alii imperfectioribus, ut frigiditas aquæ calorem ignis, vel è contrario. Ita igitur vel amor, vel dolor, id est major est altero, quod ipsius superare & vincere possit; quod non alia ratione fit, quam quia & subiecto fortius inheret, & in seipso perfectior est. Loquamur de caritate Dei, sicut de igne, ut Scriptura loquitur, alii amores sunt velut aqua, quæ contraria est igni.

<sup>416</sup> Et id est B. Thomas, explicans quomodo una res plus alia diligi possit, duos tantum inventis modis, scilicet ex parte boni, quod volumus amat; & sic Deus secundum plus alii amat. Alio modo ex parte intensioris ipsius amoris. Ita ille a. 3. q. 20. 1. p. Et hoc ultimum docet simpliciter efficiere, ut alignid magis diligatur, cum de dilectione naturali Dei in Angelis loquitur 1. p. q. 60. a. 5. Et denique in propria materia, quia sit alio magis diligendum charitatis amore, 2. 2. q. 26. a. 6. hoc tractam, primo eos arguit, qui omnes proximos equals affectu diligendos dicunt: Ad illos (inquit) opus est ut interiore affectum habeamus, quibus magis convenienter esse beneficior. Et rursus ibidem a. 7.

diversas species dilectionis ponens, secundum diversa bona, que volamus his quos amamus: Sed intensio (ais) dilectionis est attendenda per comparisonem ad amantem, & secundum hoc propin. "Quoies intensiori affectu diligimus. Vides itaque illum ignorare aliam rationem plus diligendi (ex parte perfectioris actus) quam secundum intensiorem... Dilectionis illa appreciationis ab intentione nova est, nihil aliud habens quam nomina: nisi quod interim illa persuasione ingeratur hominibus securitas quedam & tepidas. Quod valde timendum est.

Secunda ratio est, quia ratio naturalis, & inmutabilis lex divine iustitie dicitur, quod quantitas disperientia de aliqua re, debet esse secundum quantitatem malitia ipsius, ut S. Thomas ait Suppl. q. 5. a. 1. ad 4. quodque tantum major esse debet dolor in voluntate, seu affectu rationali, quanto major est ratio dolandi; cum affectus rationalis in dolendo sequi debet rationem doloris. Denique quod sicut summum bonum summo debet amorem diligere, ita summum malum summo debet odio haberi.

Tertia ratio est, quia (juxta Scripturam & Patres) nullus dolor sufficit ad gravium peccatorum remissionem, nisi procedat ex amore Dei sic appreciativè super omnia, ut habeat in corde prædominium, seu prævalentiam supra omnem affectum erga mortale peccatum. Cum omnem affectum erga mortale peccatum excludere debet; nec omnem excludere possit, nisi omni affectui ejusmodi prædominetur ac prævaleat. Illud proinde divini amoris, & doloris inde procedens, prædominium merito postulant P. Soto suprà, & D. Bonaventura apud ipsum. Etsique haec dubia de mente reliquorum, & de mente Spiritus sancti, postulantis conversionem ad Deum, & a peccatis aversionem ex toto corde. Atqui prædominium istud & prævalentiam Dei amor in corde hominis habere non potest, nisi fortior sit omni affectu erga mortale peccatum. Amor vero debilis, languidus & remissus, fortior non est validè intentio vehementer affectu ad mortale peccatum; præfertim si versata vel confusitudine robatur sit; nec proinde idoneus est ad eum superandum; nec per consequens ad illi prævalendum & prædominandum; prout in scripto exprimit se dicit Augustinus l. 8. Confess. c. 5. Voluntas nostra quembi esse cooperat, ut te gravis colorem, Deus solacera jucunias, nondum erat idoneus ad superandam priorem versatam robaram. Quia scilicet nondum erat plena & fortis, respetuè ad priorem istam, sed adhuc nimis debili, remissa ac semisauia, prout explicit ibidem, & in capitibus sequentibus.

Quarta ratio est, quia etiam contraria sententia. Autores fatentur, Deum ex pleno & toto corde amandum, deque peccatis toto corde dolendum appreciativè super omnia (id enim sacra Litteræ & Patres aperte docent) sed ad hoc necessaria est aliqua intensio. Si enim aliquæ intensione fieret, vel fieret per solam voluntatem, quamlibet remissam, Deum amandi, deque peccatis dolendi appreciativè super omnia: vel per hoc quod Deus apprehendetur ut summum bonum, & peccatum ut summum malum, & voluntas in Deum & peccatum, ut sic propositum, feretur, quantumvis tepide ac remissè? Neutrū dici potest. Non primum: neque enim mox ut homo vult Deus appreciativè super omnia amare, & de peccatis appreciativè super omnia dolere, pleno & toto corde id vult, sed (ut Augustinus dicit) necesse est ut id veit fortior & integrè. Quod non fit sine voluntatis intensione. Non etiam secundum: quia homo pl. à voluntate, totoque corde non fertur semper in objectum ut amandum vel odiendum, sub omni excellentia vel malitia, sub

qua amandum vel odio habendum proponitur ab intellectu, prout experientia docet, & sapienter observat Card. de Lugo disp. 5. de penit. feit. 2. n. 21. Hoc ipso proinde quod homo pleno & toto corde ferri intelligitur in Deum & peccatum, ut appetitivè super omnia diligendum, ita cordis plenitudo erga tam nobile objectum, proportionata ut tale, arguit intensum, fortem, ac vehementem motum cordis erga tam nobile objectum. Cum moto languido, remiso ac debili homo non intelligatur pleno & toto corde hic & nunc ferri in illud, ut hic & nunc super omnia amandum, tamquam iunnum & supremum bonum.

<sup>421</sup> Quinta ratio est, quia ad hoc ut homo censetur toto corde amare Deum, dolereque de peccato; appetitivè super omnia, debet toto corde effe taliter affectus, ut omnia potius amittere velit, atque efficaciter velit, quam Deum; & omnia potius mala admittere quam peccatum. Hoc autem non fit sine amoris & doloris vehementia, seu intensione. Neque enim fit, si amor Dei fit longè remissior & languidior amore creature. Si enim amor Dei fit longè remissior & languidior; amor creature, ut longè intensior; ita longè fortior est amore Dei. Per illum ergo homo longè fortius amat creaturam, quam Deum. Quamvis vero homo longè fortius amat creaturam quam Deum, non intelligitur toto corde paratus ad amittendam potius creaturam, quam Deum. Quomodo enim toto corde paratus ad amittendum id quod secundum partem superiori rem seu rationalem longè fortius, intensius ac vehementius amat, potius quam id quod debilius, remissius ac languidius amat? Quomodo toto corde paratus id defert, cui fortius, & longè fortius adharet, quam Deo, cui longè debilius adharet? Quomodo amor longè debilior, languidior ac remissior intelligi potest habere in corde hominis prædominum ac prævalentiam supra amorem longè fortiorum, intensiorem ac vehementiorem? Posset quidem hoc intelligi, si amor creature solùm esset intensior amore Dei intensione sensibili, sive secundum inferiorem ac sensitivam partem hominis. Verum intelligi nequit, si longè intensior sit intensio rationali, sive secundum superiorem ac rationalem hominis partem. Merito proinde Maldonatus, in præciatis tractatu suo de Sacramentis, opinionem solùm requirentem dolorem de peccatis appetitivè super omnia, dicit esse veram; sed potest (inquit) habere fænum. Et Sotus loco citato: distincta illa (ait) appetitionis ab intentione, nibil aliud habet quam rationale: nisi quod interim illa persuasione ingeneratur hominibus securitas quedam & tepiditas. Quod valde simendum est.

## §. V.

*Opinio, seu persuasio, assertioi contraria, non videtur hominibus utilis, sed noxia.*

<sup>422</sup> **D**um enim docet nullà intentione opus esse, sed dolorem quilibet remissum sufficere, ingredit hominibus periculosa securitatem ac tepiditatem, ait Soto. Profeto (inquit) satis ex nobis & infirmitate nostrâ proni sumus ad faginandum laborem & conatum, maxima voluntati, & precipue circa divina. Nam corpus quod corrumpitur aggrauat animam. De verâ tamen penitentib[us] dictum est: regnum calorum vim patitur, & violenti rapini illud. Violenta quidam opus est fibris illata, ut ad divina seramur, maximè post dejectionem peccati. Magno conatu & annusu virum, mihi credo, opus est (aut alibi) ut à fore illa profundissima peccati ad Dei unitorem, ab inferno inferius ad summum celum, à longinqua regione ad domum paternam redam, & usq[ue]g[ra]s...

Magna violentia inferenda est ipsi naturae nostrae, ut vera agatur penitentia. Nihil darius cervici indomita, nibil amarus natura per peccatum eredit, quam veraciter se odire, sibi desplicere, & in angitate Dei expectare misericordiam. Nihil infirmitati humanae gravius, quam scel[er]e tristibus & gravibus curis dedere. Et tamen utrumque horum maximè ad penitentiam necessarium est. Recognita sunt omni in amaritudine anime, attentione dolendum est. Dole (inquit Prophetæ) & latage filia Sion quasi parturient. Et quid nobis aliud veteris Ecclesie praxis ostendit?

Denique quid aliud hinc persuasione sit (ait rut. 423 sum lect. 5. citata) quam ut in divinis rebus, & his qua Deo offerenda sunt, patrem tepidè, sive omni cura & animi intentione satisficer, contra illud: "Maledictus qui facit opus Dei negligenter. Hierom. 48." Quod sub tipo animalium ab altero Propheta pulchre arguitur: "Maledictus (inquit) dolosus, qui habens in gregi suo majulum, & votum faciens, immolat debole Dominum." Malach. 1. Nonne huic maledictioni proximum est ita docere, quacunque debilitate offeratur Deo vel charitas, vel penitentia, satis est? Quid si affectu sendere in Deum, ut summe dignum amari (quod ipsi necessarium dicunt ad charitatem) nisi summo effectu, comparatione aliorum affectuum, qui in nobis sunt, illum diligere? Vel quid proderit itaem considerare, si tepidè & remissius quam alia que amamus, illum amemus? Quid vero videntur faciliorem viam penitentiae operire, parum juvat: operant dubium & periculorum, nec conscientiam doctrinam Patrum, nec oraculis Prophetarum, nec spiritum Ecclesie.

Longè proinde sit à te hæc persuasio, ut existimes minimus negotio veram penitentiam agi. Revera omnibus pietatis studiis, omnibus officiis & operibus virtutis, præcipue Christianæ, & qualis à Deo exigitur, summopere nocet perfidiora quædam, vel remissa & languida, vel secundum speciem tantum executio. Quid malum quis propris novissimorum temporum & periculorum, Paulus notavit: "babentes (inquiens) speciem pietatis; virtutem autem ejus abrogantes." At vero penitentia multò magis peccatis haec perniciosa est, utnam non frequentissima! Cū enim in vera penitentiā remedium omnium malorum totius vivit, & infirmitatis humanae unicum praesidium (ad quod cui non est necessitas confugiendi?) si ea non veraciter, vel certè non ut oportet, agatur... & patrem nos veram, & sufficientem, eis penitentiam, cum longè ab ea simus, nomine illius Evangelii nobis evenet: sicut novissima illius peccatorum probis. Cetera quæ addit, habes suprà n. 3...

Relege & quæ ex ipso protulimus n. 4. 425 Attentè etiam meditatione perpende ea quæ addidimus n. 5. Ea namque non satis perpendunt plerique juniores Casuistæ.

## C A P U T XXXII.

*Seipso decipiunt multi, & valde multi, qui se plere conversos existimant, cum non sint.*

**V**eritas ista probatur 1<sup>o</sup>. ex dicendis cap. 35. 47 ubi penitentiam veram ac plenam, qualiter scilicet Deus exigit, faciem in magnis peccatoribus, post baptismum lapsis, præterim confutandis ac recidivis, raram esse, ex gloriosissimis Sanctorum, illustrissimumque Scriptorum testimoniis ostendemus.

2<sup>o</sup>. probatur ex eo quod vera penitentia juxta Tridentinum stat. 14. c. 4. non solùm cessionem à peccato, & novâ vita propositam & incubationem, sed veteris etiam opus continet, illudque plenum, atque ex toto corde, ut probavimus,